princeps | iu[*v*]ent[*ut*]is[2], per | P. Aelium [*Se*]veria|num M[*axim*]um | leg. [*A*]ug. pr. pr.[3], | a Rab.[4] m. p. XIII.

In via primaria provinciae Arabiae, de qua supra N. 5834, prope vicum Mote (III add. postr., descr. Domaszewski). — 1) A. 193. — 2) De Pertinace iuniore cf. supra N. 410 not. 2. — 3) Legatus pro praetore Arabiae fuit etiam anno 194, testibus aliis miliariis. — 4) Rabba sive Areopolis Arabiae.

5843 imp. Caes. | M. Aurel. | Antonino[1] | Pi[*o*] Fel. Aug., | di[*v*]i Ant[*o*]n[*ini*] | fil., divi Se[*ve*]|ri [*ne*]pos, cos., | trib. pot.[2], | per Flavium | Iulianu[*m* | *leg. Aug.*] p[*r. pr.*], | a Meda.[3] | m. p. | XIII.

In eadem via, ad rivum Wadi Waleh (III add. postr., descr. Domaszewski). — 1) Vocabulum erasum, sed legitur. — 2) A. 218. — 3) Medaba. Locus memoratus iam in antiquissima inscriptione Moabitide (Smend u. Socin Inschr. des Königs Mesa p. 13) et in Vetere Testam. (Iosu. 13, 9 cet.), Euseb. onomast. s. v. Μεδδαβά; hodie Madeba.

5844 imp. Caesari G. | Iulio Vero | Maximino P. f. | Aug. n., et | G. Iul. Vero | Maximo nob. | Caes., filio | Aug. n., | ἀπὸ Ἐσβ.[1] μ. ς′[2], | mil. VI.

Trans Iordanem, in via Hierichunte Hesbuntem (III S. add. postr. 14154[1], vidit Domaszewski). — 1) Ἀπὸ Ἐσβοῦντος (sic perscriptum in alio lapide eiusdem viae, III S. 14152[1]). Ἐσβοῦς est Hebraeorum Hesbon (cf. Ioseph. ant. 13, 5, 4; Euseb. onomast. s. v. Ἐσσεβών), hodie Hesban. — 2) Μείλια ἕξ (numerus ς superscriptum est litterae M, hocque interpositum inter ἀπὸ et Ἐσβ.).

5845

imp. Caesar
P. Helvius Perti-
nax Aug. princeps
senatus, cos. II,
pontif. maximus, trib.
pot., p. p., et Caesar Hel-
vius Pertinax fi[*l.*],
princeps iuventutis[1]

νικᾶν
ἐγεννήθης

5845[a] imp. Caes.
divi Nervae fil. [*Nerva*]
Traianus Au[*g. Germanic.*]
Dacicus pont. [*max.*],
trib. pot. XV, im[*p. VI, cos. V*],
p. p., redacta i[*n formam*]
provincia[*e*] A[*rabia viam*]
novam a fini[*bus Syriae*]
usque ad mar[*e Rubrum*]
aperuit et strav[*it per*][2]

βασιλεῦ

mil.
XVI[3]

5845[b]

ἀθάνατε

mil.
XV[3]

In eadem via in qua N. 5834, ad vadum fluminis Arnonis, hodie Wadi Modjib, columnae tres humi iacentes (III S. add. postr. 14149, 38—40 vidit Domaszewski). Priorum duarum inscriptionum extremae partes erasae sunt, tertia tota, ut acclamatio Graeca intruderetur, pertinens ad Iulianum. Mille passibus ab his extant quattuor columnae, in quas intrusa sunt verba Graeca [αὐτο]κράτω[ρ] — Ἰουλια[νός] — [Α]ὔγουστος — εἷς αἰ[ε]ὶ βα[σιλεὺς] (III S. 14149, 41—44 vidit Domaszewski). — 1) Aliud exemplum inscriptionis supra N. 5842. — 2) Aliud exemplum inscriptionis N. 5834. — 3) Milia numerantur a Rabba sive Areopoli (cf. N. 5842); in altero utro numero videtur error inesse.

archive.org